



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 206. Quid observandum sit circa commemorationem in Horis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**



quàm Patroni; Patroni, quàm Titularis, ( nisi fit intra hos magna distantia dignitatis ) Assumptionis quàm Dedicacionis.

§. VII. Si aliqua dies Octava incidat in Dominicam privilegiatam, de qua debeat fieri Officium, in primis Vesperis dicuntur psalmi sabbathi, Capitulum de Dominica, cum commemoratione Octavæ; & si in Sabbatho fuit Festum semiduplex, de hoc sunt Vesperæ, attamen à Capitulo fit de Dominica, & prima commemoratio est de priore semiduplici, quia de eo fuit Officium, secunda est de Octava, quæ nec habuit nec habebit Officium, *Garvant.* 1280

Q. 206. *Quid observandum sit circa commemorationes in Horis. R. Seqq.* 1281

§. I. Duplex 1. classis, si occurrat eâdem die cum quacumque Dominica, cum die Octava, cum die infra Octavam Natalis Domini, Epiphaniæ, Corporis Christi, habet commemorationem de his ubique: item de feria majore & Vigilia Epiphaniæ, ad Laudes: de aliis omnibus nihil fit. In primis illius Vesperis fit commemoratio de antecedente Dominica majore, de duplici inferiori 1. & 2. classis, de die Octava Nativitatis, Epiphaniæ & Corporis Christi, de feria majore: de aliis omnibus nihil. In secundis illius Vesperis fit commemoratio de Dominica sequente quacumque, de die Octava, de duplici, de semiduplici, de feria majore: de omnibus aliis nihil. 1282

§. II. Duplex 2. classis habet in omnibus commemorationem de iis, de quibus duplex 1. classis. Præterea in 1. Vesperis habet commemorationem de duplici quocumque, die octava, feria majore, de aliis omnibus nihil. In Laudibus habet commemorationem de feria majore; de festo simplici: de aliis omnibus nihil. In 2. Vesperis ( si non sequatur Festum



Festum aliud excludens) habet commemorationem de duplici; semiduplici; de die infra Octavam, si tamen cras de ea fiat officium; de simplici; de B. Virgine in Sabbato, si cras de ea fiat Officium.

1283 §. III. Duplex majus & minus, itemque semiduplex, habet ubique commemorationem de omnibus, etiam de simplici & de die infra Octavam. Dominica dividit Officium cum semiduplici antecedente, sequentis autem semiduplicis fit tantum commemoratio.

1284 §. IV. Si Officium fiat, v. g. de Confessore non Pontifice, & facienda sit commemoratio de aliis pluribus similiter Festis, antiphona pro secundo sumitur, in I. Vesperis ex laudibus; pro tertio, ex 2. Vesperis. In laudibus, pro secundo sumitur ex I. Vesperis; pro tertio, ex secundis. In 2. Vesperis sumitur pro secundo ex Laudibus; pro tertio ex I. Vesperis. Et idem est de versibus, si desint diversi; quod si adhuc non sufficiant, accipiuntur ex primo vel seqq. Nocturnis.

1285 Q. 207. *Quid observandum sit circa lectiones & responsoria. R. Seqq.*

§. I. In duplici 1. & 2. classis, primæ tres lectiones sunt ex communi SS. in I. Nocturno: itemque in duplicibus majoribus per annum, & Festis Patronorum etiam minus principalium: Excipe semper, nisi aliter assignetur, aut ob angustiam temporis legendum sit initium libri in scriptura occurrente, quod aliàs omitti deberet, nam hoc semper legendum est, etiam anticipatò, si posteriores dies septimanæ erunt impediti; tamen tantum legentur intra septimanam assignatam. Per initium libri intelligitur prima tantum Epistola S. Pauli, & primus liber Regum, hinc si initia posteriorum Epistolarum vel librorum assignato loco legi non possint, non est

opus